



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,  
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo  
Ecclesiastico**

**Bellegambe, François**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Q. 5. An præscriptio eleemosyna extendatur ad omnes?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42093**



182 P. 3. De Jubilæo extraordinario.  
daturus est parens. Consentit Clau-  
dius Maillard *sup. n. 15.*

Q. 4. Quibus sit eroganda eleëmosyna?

R. Pauperibus : quo nomine intel-  
liguntur non solùm ii, qui non habent  
necessaria ad naturam seu ad vitam  
sustentandam ; sed etiam ii qui ca-  
rent necessariis ad sustentandum sta-  
tum juxta suam qualitatem & condi-  
tionem. Lugo, *De Justit. disp. 4. sect.*  
*3. n. 27.* ex Navarro & aliis, quos af-  
fert & sequitur Sanchez *l. 2. Consil.*  
*c. 2. dub. 38.* Diana *p. 2. tr. 1. miscell. R.*  
*8.* citans multos Theologos & Cano-  
nistas : cum quibus dicit, nomine  
pauperum intelligi etiam Loca pia,  
ut Hospitalia, Ecclesias indigentes  
luminaribus, ornamentis, ædificiis,  
& Monasteria Religiosorum ; qui-  
bus etiam dari possunt bona, quæ re-  
stituenda sunt, quando domino aut  
ejus hæredibus restitui non possunt ;  
ut dicitur cùm tractatur de Restitu-  
tione.

Q. 5. An præscriptio eleëmosynæ ex-  
tendatur ad omnes ?

R. Ex-



R. Extenditur ad omnes qui possunt illam facere: ad eos autem qui non possunt, non extenditur, secundum Navarrum *Miscell.* 60. n. 133. Henriquez *l. 7. c. 10. litt. L. & U.* Fernandez *part. 3. c. 8. §. 8. n. 3.* & alios, quibus assentiuntur Diana *p. 5. tr. 12. R. 15.* Gobat *n. 214.* Pourné *p. 2. c. 7. n. 7.* Arsdekin. Unde tales non indigent commutatione eleëmosynæ in aliud opus.

At tutius est, & videtur conformius Bullæ (fatente etiam ipso Gobato *n. 215.*) tales non excusari, atque adeo teneri dare tantillum, v. g. frustillum pannis, pomum, nucem, &c. vel procurare ut ab aliis pro ipsis detur, aut petere commutationem: ut etiam censet Diana *R. 31.* Vide Lugo *n. 115.*

Potest Religiosus, cum licentiâ Superioris, dare eleëmosynam per alium; ut si amicus sæcularis pro eo det. Lugo *n. 116.*

Fratres etiam Minores, etiam si neque in communi habeant dominium,



184 P. 3. De Jubilæo extraordinario.  
nium, possunt tamen dare eleēmosy-  
nam: quia habent usum cum faculta-  
te liberâ transferendi dominium, &  
alienandi; quod sufficit ad veram da-  
tionem eleēmosynæ n. 117.

S E C T I O VII.  
DE CONFESSIOE ET COM-  
MUNIONE

Q U A E S T. I. An, & quæ Confessio re-  
quiratur?

R E S P. I. Si lucraturus Jubilæum,  
non sit conscius peccati mortalis; ex  
communiori sententiâ S. Antonini p.  
1. tit. 10. c. 3. §. 5. Paludani, Navarri  
Notab. 18. n. 18. Suarez disp. 52. sect. 4.  
Bellarmini De Indulg. l. 1. c. 13. Lessii  
De Indulg. c. 6. dub. 5. Benzoni, Filliu-  
cii, Coninck, Layman, & aliorum  
innumerorum, inquit Lugo n. 100,  
quos congerunt & sequuntur Diana  
p. 1. tr. De Bulla Cruciate, R. 107. Abel-  
ly Episcopus Ruthenensis De Indulg.  
sect. 3. n. 3. Bonacina q. 1. pu 5. n. 7. &c.  
non requiritur confessio,

Ratio